Du erinnerst dich:

Veni, vidi, vici. Trikolon, Asyndeton, Alliteration, Homoioteleuton, Isokolon

Erkenne auch die Stilmittel in Lektion 42 wieder!

Mihi quidem sententiae vestrae omnino non placent,	_____
neque eorum, qui se Romanis dedere volunt,	
neque eorum, qui eruptionem[1] probant.	_____
Illos omittam, qui turpissimam servitutem falso deditionem	_____
nominant.	
Cum his mihi res est, qui eruptione[1] se morti offerre audent.	_____
Ista est animi mollitia[2], non virtus: diutius inopiam ferre non posse.	
Cur vos non **confiditis propinquis consanguineisque**[3] **nostris**,	_____
qui ingentibus copiis ex tota Gallia huc profecti sunt?	
Iam cras fieri potest, ut illi adveniant.	
Quorum auxilio confisi patiamur labores!	_____
Una cum eis nobis continget, ut obsidionem solvamus.	
Tum hostes, qui iam clade Gallorum gaudent, se frustra gavisos esse	
experientur.	
Tum fiet, ut hoc bello vincamus. Proinde respicite totam Galliam! Ne	_____
deserueritis **morte vestra vestros amicos**!	_____
Facite, quod maiores nostri bello Cimbrorum et Teutonorum facere	
ausi sunt!	
Qui simili inopia coacti corporibus eorum, qui aetate ad bellum in-	
utiles **videbantur, vitam** toleraverunt.	_____
Quorum exemplum si libertatis causa imitabimini, id pleno iure	_____
facietis.	
Cimbri et Teutoni soliti non sunt in finibus eorum manere, quos bello	
vicerant.	
Ita aliquando etiam ex Gallia excesserunt neque umquam reverterunt.	
Iura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt.	_____
Romani vero quid aliud petunt aut quid aliud volunt	_____
nisi invidia adducti in agris nostris considere atque nobis **aeternam**	_____
iniungere servitutem?	_____
Neque enim umquam alia condicione bella gesserunt.	
Respicite alias regiones et nationes,	
quae a Romanis **pacatae perpetua premuntur servitute**!	_____+_____

1) **ēruptiō, -ōnis** f: Ausfall 2) **(animī) mollitia, -ae** f: (Willens-)Schwäche

3) **cōnsanguineī, -ōrum** m: (Bluts-)Brüder

Häufig gebrauchte rhetorische Stilmittel

1. Alliteration	Wiederholung des gleichen Anlautes
2. Anapher	Wiederholung des gleichen Wortes am Anfang von Sätzen
3. Antithese	Gegenüberstellung gegensätzlicher Begriffe
4. Asyndeton	Reihung von Wörtern ohne Bindewort
5. Chiasmus	Überkreuzte Stellung entsprechender Begriffe
6. Homoioteleuton	Wiederholung der gleichen Wortendung
7. Hyperbaton	Sperrung zweier zusammengehöriger Wörter durch ein oder mehrere Wörter
8. Inversion	Verdrehung der normalen Wortstellung im Satz
9. Klimax	Steigerung der Begriffsinhalte
10. Parallelismus	gleiche Anordnung einander entsprechender Begriffe
11. Polysyndeton	Reihung von Wörtern mit mehreren Bindewörtern
12. Rhetorische Frage	in Frage gekleidete Feststellung
13. Trikolon	dreigliedrige Aufzählung